Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De sacramentis in genere - Cod. Ettenheim-Münster 258

[S.l.], [18. Jahrh.]

Quaestio 4ta

urn:nbn:de:bsz:31-128459

Visual Library

publicus et ita notorietas vocatur notorietas juris. peccatores no-
-torie publici sunt omnes haeretici denuntiati et excommunicati, tales sunt luthe-
-rani etcetera. et hoc notorietas est juris. peccatores notorietate facti
publici sunt, publici concubinarii, latrones publici, homicidae publici,
usurarii histriones seu comedi. etcetera.
2do quaestio est utrum peccatoribus publice petentibus concedenda sint
sacramenta: peccatori enim etiam occulto occulte petenti deneganda sunt sa-
-cramenta, quia tunc nihil est unde timeat minister accedentem diffamare
modo tantum peccatum ex confessione non cognoscat.

Conclusio

Peccatori publico deneganda sunt non idem occulto.

P: prima pars quia dum agitur de gloria dei, de reverentia sacramentis
debita, de praecepto inviolabili ea nunquam profanandi, de debito
ecclesiae obsequio, nihil debet praeponderare, neque metus ipsius mortis
neque bonorum omnium publicatio: igitur cum peccator publicus ecclesiae
scandalum publice dederit, suo scandalo fideles offenderit, et
ecclesiae leges publice violaverit, is et publice et private a sacrosanctis
ecclesiae sacramentis omnino arcendus est. neque metuendum est de amissione bonae
famae ipsius cum nullam habeat bonam famam utpote publice in-
-famis cum sit publicus peccator. ergo etcetera.
P: 2da pars ipso exemplo ipsius Christi qui Judam proditorem in coena
admisit et mensae illius participantis. 3tio quia
2do ex consensu ecclesiae praxi et mente illud participantis. 3tio quia
peccator occultus habet jus ad suam famam, utpote nondum amissam,
unde ea non potest nisi injuste privari, et diffamari: neque eo in casu
communicat minister peccato accedentis ad sacramentum, quia cum mi-
-nisterium publicum se gerat, deponit scientiam probitatis et assumit
publicam de homine illo sententiam et opinionem et consequenter agit.
deinde non nisi juxta exemplum Christi et ex ecclesiae mandato agit. ergo

Quaestio 4ta

De Effectibus et proprietatibus Sacramentorum.

Caput 1mum.

De Effectibus Sacramentorum

Agemus hic de effectibus Sacramentorum tum novae tum veteris legis.

Articulus I

De Effectibus Sacramentorum novæ legis.

Duplex sacramentorum novæ legis effectus nimirum gratia et character.

Paragraphus

De gratia Sacramenti.

Duplicis generis sunt sacramenta alia dicuntur mortuorum, alia vivorum, hoc est simul et illa quæ sanctificantem conferunt; illa tamen gratiam primam, ut aiunt, [illegible] simpliciter conferent; et idcirco dicuntur sacramenta mortuorum; talia sunt sacramenta baptismi et pœnitentiæ; illa quæ sacramenta vivorum appellantur gratiæ [illegible] tantum augmentum quod conferunt; aliquando etiam gratiam primam [illegible] praecedens. sic peccatum mortale homini [illegible] disposito et cum bona fide accedenti ad sacramentum eucharistiæ remittitur ex D. Thoma ac proinde confertur praecedens gratiæ [illegible] sacramenti gratia prima.

2do quamvis unum quodque sacramentum gratiam sanctificantem habitualem producat, tamen una est omnibus gratia, sed sua est cuique propria. et idcirco sacramentalis appellatur, sic gratia roborans propria est sacramento confirmationis, gratia nutriens sacramento eucharistiæ et sic de ceteris. Itaque tria hic nobis investiganda veniunt. primo utrum sacramenta gratiam conferant. 2do utrum gratiam conferant ex opere operato. 3tio utrum gratiam conferant physice vel moraliter. quæ tria tribus absolventur conclusionibus.

Conclusio Ima

Sacramenta novæ legis gratiam Sanctificantem proxime et imediate conferunt est de fide.

P: Imo ex conc: tridënt: sess: 7 c. 6 ... si quis dixerit sacramenta novæ legis non continere gratiam quam significant aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre ... anathema sit et can: 4 ... si quis dixerit non dari gratiam per huius modi sacramenta ... anathema sit. ergo stat ass.

P: 2do ex ep: quam in [illegible] dicit S. Thomas 3tio part. quæst. 62 art. 4 expressa conclusione ... est in sacramentis quædam instrumentalis virtus ad inducendam gratiam quæ est sacramenti effectus. ergo stat.

P: 3tio multiplici ratione theologica Ima ratio fatentur haeretici infantes per baptismum iustificari, etiamsi nulla in eis excitetur fides ad præsentiam et applicationem baptismi. ergo baptismus ipse confert gratiam, nec solum inservit ad excitandam fidem quæ ipsa iustificet. sed omnium sacramentorum novæ legis eadem est ratio, ergo [illegible] eadem. ergo stat.

Idem dicendum est de amentibus, de mente captis ex morbo, qui ante baptismum vel alia sacramenta [illegible] [illegible]

2da ratio sacramenta alio quodam modo speciali iustificant quam vehemens

coram rege idolibus negare volent: ai certe per concionem publicā magis
excitatur fides et devotio quam per baptismum vel quodvis aliud sacramentum
quod non est externum nisi simplex ceremonia: igitur si sacramenta novae legis gratiā
non darent sed inservirent solum ad fidem excitandam, ut placet nova-
-toribus, sacramenta essent media salutis concionibus inferiora vel ad summum si quod
fit, non essent nisi aequalia. qd est absurdum.

4ta ratio sacramenta non prosunt nisi sumentibus illa: sed si inservirent solū
modo ad excitandā fidē, etiam praesentibus ex aequo prodessent, imo quandoque
non percipientibus magis quam illa accipientibus. qd est absurdum:

5ta ratio si ad excitandam fidem solum prodessent sacramenta nihil esset neces-
-sitatis cur ea homines docti et qui per pias lectiones suam possunt quoties velint
fidem excitare susciperent. qd est absurdum:

6ta ratio ex haeresi donatistarum, ex qua patet universam Xti ecclesiam contra
donatistas fidei dogma tenentem constanter credidisse quod per sacramenta daretur gratia;
nimirum principium et a donatistis et a catholicis admissum, per sacramenta
dari gratiam, dari spiritum sanctum et hoc fidei principium erat maximo donatistarum
argumentum adversus catholicos: ajebant enim extra ecclesiam et ab hostibus impuris
non posse dari gratiam et spiritum sanctum quia nemo dat quod non habet; neque unquam
ecclesiae doctores, qui donatistas confutarunt, principium istud negarunt. sed
responderunt semper donatistis illud urgentibus non ministros ipsos malos
dare spiritum sanctum per sacramenta, sed Xtum per eorum ministerium sacra-
-mentoque interveniente dare gratiam et spiritum sanctum: certe si credidissent dona-
-tistae et catholici sacramenta solum inservire ad excitandā fidē, vel ad gratiā ex
fide sola datā nobis significandā, quaestio facile composita fuisset:
neque tantopere extra amarent donatistae, neque adeo elaborassent doc-
-tores catholici asserentes per ministros dari gratiā a Xto, non a ministris qua
destitutis: illi enim respondissent; non magis verba evangelica a concionatore prolata non
valent excitare fidē audientium; igitur certa fuit exploratā
ecclesiae fides quod per sacramenta conferatur gratia et spiritus sanctus neque hoc donatistae
ipsi ausi sunt negare sed ex illo fidei principio fugam sanctum omnes catholi-
-cissimo et indubitato contra ecclesiam disputabant. qd sufficit:

7ta ratio ex discrimine sacramentorum veteris et novae legis: illa enim appellat apostolus
vacua et egena elementa, quae sunt emundationis inpotentia, haec in textu
epist. ad hebraeos et sanctus petrus epist. 1. c. 3. nos salvos facit bap-
-tisma non carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae interrogatio
in deum. ubi ponit discrimen baptismatis et veteris circumcisionis afferens quod
illud solummodo detergebat sordes corporis nostri verum causabat bonae con-
-scientiae interrogationem in deum: at si sacramenta nostra non nisi ad excitan-
-dā fidē inservirent vel ad significandā gratiā iam acceptā, nullū esset
discrimen inter utriusque legis sacramenta; nam sacra vetera excitabant
fidē, et gratiā ex fide illa acceptā significabant. qd est absurdum:

Solvuntur objecta

obiicimo justus ex fide vivit. corde creditur ad justitiā. credidit

Abraham deo et reputatum est illi ad iustitiam. et circumcisio erat
signaculum solummodo iustitiae Abrahae per fidem acceptae. 2do quis
pt dimittere peccata nisi solus deus. ergo sacramenta non possunt. Sed et
alio mundans eum lavacro aquae in verbo vitae et quae salvos facit
baptisma non carnis depositio sordium. Sed conscientiae interrogatio in deum id est non ablutio
sacramentalis exterior, sed fidei confessio interior. ergo sola fides
iustificat; adde loca scripturae ubi dicitur per cordis conversionem
ad deum, per poenitentiam de peccato conceptam, per charitatem
dimitti peccata: ergo per sacramenta non dimittuntur!
R. imo generatim istis et aliis similibus in locis dici, fidem quae
per charitatem operatur, iustificare, quod nemo negat. sed quo iure
concludunt inde haeretici per sacramenta consequenter non iustificari, eodem
iure concludet alius quispiam non deos non per merita Christi homines iusti-
ficari; quia id colligunt haeretici ex eo quod in iis locis non fiat
sacramentorum mentio; at in iis locis pariter non fit mentio dei neque me-
ritorum Christi. ergo ctrobt: reponent forsan, quod fidei et meritorum
Christi illis in locis nulla fiat mentio, fiat in aliis. neque enim
necesse est eorum fieri mentionem omnibus in locis. ita est quoque de sacramentis
de quibus dicitur in locis fere innumeris quod iustificent ut patet
ex demonstratis: 2do sicut fides quae iustificat, comprehendit omnia
quae deus proposuit credenda et propterea fidem et spem in merita
Christi: ita etiam includit fidem quod sacramenta quod sint media ad iustifica-
tionem ordinata a Christo: et qui contumaciter hoc fidem hanc recte in
[illegible], nisi hoc crediderit, omnis eius praetensa fides ei nil proderit.
R. 2do ad singula ad 1mum locum iustus ex fide vivit. sensus
est iustum vivere iuxta regulam et doctrinam fidei; in ea [illegible]
na [illegible] verbum [illegible]. est iustum vivere et spe bonorum quae
fides promittit. corde creditur ad iustitiam; nullus de eo dubitat
quia fides sit 1mum illam agatur, ducit ad iustitiam. sed fides proponit
sacramenta ut media a Christo instituta ad sanctificationem animarum, eaque iubet suscipi,
quae si quis non acceperit aut ad iustificationem inutilia crediderit, fidem amittit.
nec proinde de eo dici potest, quod iam corde credat ad iustitiam, sed incredulus
est ad damnationem suam. credidit Abraham deo et reputatum est illi ad iustitiam;
quia tunc temporis nulla sacramenta proposuit fides ut media iustificationis et
salutis: cum non nisi a Christo instituta fuerint. inde circumcisio dicitur signum
solummodo non causa iustitiae Abrahae. sed male instituitur paritas
inter circumcisionem et baptismum quoad virtutem et efficaciam; cum
apostolus dicat: circumcisio nil est; et alibi esse solummodo expoliationem
carnis: baptismum vero esse lavacrum salutis et expoliationem veteris hominis.
ad 2dum deus solus dimittit peccata efficienter et ut causa principalis
et independens; sacramenta vero ut instrumenta quibus deus utitur ad ea
remittenda. sicut Christus cum reddidit visum caeco adhibuit lutum

tagam instrumentum quo uti voluit.
ad 2tium mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ, id est simul
cum verbo vitæ quia ad integritatem sacramenti requiritur aqua et
verbum: accedit enim verbum ad elementum, et fit sacramentum.
insuper nos salvos facit baptisma non sicut exterius lavat et a
sordibus, quod baptismata legalia præstabant solum, sed quia confert
justitiam, et bonæ conscientiæ testimonium, quo formaliter homo justi-
-ficatur: alias si sola fide justificaretur homo, non dixisset Apostolus
salvos nos facit baptisma sed sensus est obvius, velle S. Petrum
dicere nos salvari seu justificari per baptisma non quale erat
prius apud Judæos, quodque sordes tantum abstergebat, sed per baptisma
quale nunc est, unde existit in nobis justitia et bonæ conscientiæ
interrogatio ad deum.
R: ad ultimum equidem per contritionem perfecta et pura charitatem
homines justificantur etiam ante susceptum sacramentum: quia istis dis-
-positionibus utpote omnis proximis ad justitiam annexa reperitur
justificatio; sed non absque voto et desiderio suscipiendi sacramenti illa:
quia cum deus ea recipi jusserit ad justificationem, nemo deinceps potest justificari
nisi deo in omnibus obedire velit, et per hæc sacramenta recipere desideret; igitur deus justi-
-ficat efficienter, sacramenta instrumentaliter: fides ex charitate profluens dispo-
-sitive, res exemplo illustrari potest. nimirum dicimus hominem fieri doctum a deo solo,
fieri doctum a magistris docentibus; fieri doctum proprio studio et lucubrationibus suis;
neque ista omnia verum repugnant, nam fit doctus a deo efficienter ut a causa
principali et illuminante omnem hominem venientem in hunc mundum, fit doctus a ma-
-gistris et institutionibus eorum instrumentaliter et ministerio exteriori; fit
doctus proprio studio et applicatione mentis dispositive. pariter deus
hominem justificat, charitas justificat, sacramenta justificant, unumquodque
suo modo ille efficaciter, ista dispositive hæc instru-
-mentaliter quod erat:
obii S. Augustinus docet non sacramentum, sed fidem sacramenti justifi-
-care tractatu 80 in Joannem 15 explicans hæc
christi verba... jam vos mundi estis propter
verbum quod locutus sum vobis; ubi dicit
ait... quare non dicit xtus, mundi estis propter baptismum quo loti estis: sed ait
propter verbum quod locutus sum vobis; nisi quia etiam in aqua verbum mundat
... unde tanta virtus aquæ, ut corpus tangat et cor abluat nisi faciente verbo,
non quia dicitur sed quia creditur. ergo juxta augustinum verbum sive fides
non baptismus justificat
R: Nego ant. imo potius in epistola 2da ad bonifacium ait idem S. Doctor
... parvulos salvari per baptismum, quia etiam si non habeant fidem

haent tn sntm fidei et hoc salvantur. ad locum vero objectum pt. respondeo: dupliciter imo per baptismum id est per lotionem ex-teriorem independenter a verbo lotioni respondente neque a verbo formali a Xto instituto, sed per lotionem simul cum verbo, quia non nisi ex utroque constat sntm baptismi. unde ibidem ait S. doctor ... accedit verbum ad elementum et fit sacramentum. 2do respondet D. Thomas 3tia parte quaest. 60 art. 7 ad 1mum ... Augustinus dicit super Joannem verbum operatur in sacramentis non quia dicitur id est non secundum sonum exteriorem vocis, sed quia creditur, id est secundum sensum verborum qui fide tenetur: unde libere addit ipse Augustinus: nam et in ipso verbo aliud est sonus tran-siens aliud virtus manens. go [illegible].

Inst. vulgare est quod S.S. patres dicunt quod baptismus sit sigillum, signum, obsignatio fidei [illegible]. go [illegible].

R. et [illegible] vulgare est quod nos, cum nemo dubitet baptismum esse professionem publicam et protestationem fidei nostrae: sed aliud est esse signum fidei nostrae protestativum, aliud est ultimosive per haerere effectus aut finem ob quem fuerit institutus baptismus. [illegible]

Conclusio 2da

Sacramenta novae legis gratiam conferunt ex opere operato

Est de fide.

P. imo ex conc. trident. sess. 7 cap. 8... si quis dixerit per ipsa novae legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam ... anathema sit. go [illegible].

P. 2do conferre gratiam ex opere operato est gratiam conferre ex sola virtute et efficacia sacramenti independenter a subjecti vel ministri dispositionibus; ac sic gratiam conferunt sacramenta: minorem integram habet D. Augustinus l. contra [illegible] c. 16 ... non eorum meritis a quibus ministratur, nec eorum quibus ministratur constat baptismus, sed propria sanctitate atque veritate propter eum a quo institutus est. Major autem est ipsa definitio collationis gratiae ex opere operato. go

Eadem hic argumenta reddere possunt quae supra ubi probatum est verbum sacramentale de se et ex operantibus consecratorium esse.

Dices vox operis operati barbara est nec reperitur in scripturis vel patribus.

R. et conc. imo ut ait Augustinus ... melius est ut nos reprehendant grammatici quam ut non intelligant populi. 2do quia vox consubstan-tialis vox transubstantiationis non reperiuntur in scripturis, et tamen voces illae ecclesiae usu et praxi sunt consecratae, imo respondet

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Ecclesiæ catholicæ fidei. ergo etc.

Prob. non in solo nomine peccat vox operis operati, sed in re ipsa, et falsum enuntiat; etenim falsum est sacramenta operari independenter a dispositionibus subjecti aut recipientis, siquidem quo majores sunt dispositiones in subjecto eo major gratia conceditur, et quo minores eo minor, imo ubi nullæ dispositiones, ibi nulla conceditur gratia. ergo etc.

R: N. conseq. quia dispositiones in subjecto sunt puræ conditiones sine quibus non conceditur, et tanquam ut ita dicam, mensura conceditur gratia, non autem sunt causæ efficientes gratiæ, aut influentes in collatione gratiæ res exemplo illustratur. Sacramenta est sicut sol, radii solis sunt gratia sacramentalis, cubiculum est subjectum seu recipiens, et fenestræ sunt dispositiones subjecti. unde quemadmodum sol radios suos vibrat independenter ab omni fenestra, et tamen nisi esset in cubiculo fenestra, non intrarent radii solis. ita et sacramentum gratiam sacramentalem confert independenter ab omni dispositione subjecti, et tamen sine dispositionibus gratia sacramentalis non perfunditur; quemadmodum etiam, quo majores sunt in cubiculo fenestræ, eo major lux diffunditur: ita et in subjecto quo majores sunt dispositiones, eo majorem recipit gratiam sacramentalem. ergo etc.

S: aliter ratiocinandum est in sacramento pœnitentiæ, eo quod tunc dispositiones partem sacramenti essentialem efficiunt

Conclusio 3tia

Sacramenta novæ legis gratiam producunt Moraliter non autem physice.

Primo sacramenta se habent ut causæ reales et creatæ, sed hujusmodi causæ gratiam in animam physice producere non possunt, sicut sol et ignis aut ignis calorem in animam producere physice non possunt. quia inter causam creatam et effectum spiritualem nulla relatio, nulla habitudo, nullum commercium saltem physicum. ergo etc.

Secundo baptismus fictus suspensum reviviscit ex probatis. ergo pluribus decimis annis post effectum suum consequi: sed in illa hypothesi non physice sed moraliter operatur, siquidem ut causa physice operetur necesse est ut physice existat; porro baptismus iam pluribus annis elapsis reviviscens et effectum suum producens physice non existit. ergo etc.

alii hoc argumentum in medium proferunt quod cujuslibet judicio relinquitur. scilicet

Causa ut physice effectum suum producat debet physice existere eo instanti quo producit; sed sacramenta physice non existunt eo instanti quo effectum suum producunt. etenim effectum non producunt nisi prolata ultima syllaba formæ, sed in eo instanti physice et totaliter non existunt. tunc enim prima syllaba verba

pient voces eiusdē formæ transire. ꝗ tunc physice ī existunt sntæ ꝗ
Diceisti sntæ ꝗ ā physice ī se conferenteēnt, sunt conditiōes sine qbus ñ.
conditio enim sine qa ñ illud ē, qo posito ponitur effectus qo vero
sublato tollitur; ei sic ē haerent sntæ ñ qā physice ī producunt. ꝗ
R. N. A. ad cuius probatiōē etiā m: hoc ē ē discrimen inter conditiōē sine
qā ñ et sntā qod conditio sine qa ñ, ñ influat in effectū ejus, sic
v. g. dispositiones in subjecto cum sint pure conditiōes sine qbus ñ, ñ in-
-fluunt in effectum, nisi sive in actiōē qā; contra sacrae sntæ in-
-fluunt in effectū suū ñ influxu physico, sed influxu morali, scilicet deter-
-minando deū ad gratiā largiendā. ꝗ etc.

Paragraphus 2dus

De Caractere Sacramentali.

1mo lutheri negant per sntā dari aliqua characterem, illū vocant baptismi-
-cum, et characterē bestiæ in apocalypsi designatū. existimo tn lutheros
sic ēē locutos odio in ecclesiā romanā affectos, ñ opiniōē aliqa erronea
circa characterē occupatos. nam fatentur ibi baptismū v. g. semel
collatū ñ ēē iterandū, facere sotē ecclesiæ membrū, dare ibi jus ad commu-
nioñ ecclesiasticā, ad qā fidelium, ad jura ōā ecclesiæ ōbus fidelibus
communia, in qbus consistit characteris veritas: ꝗ idem alij ñ negant
per confirmatiōē et ordinem imprimi ejusmodi characterem; sed istorum
error ñ ē adversus istū characterē proprie, sed adversus illa sntā, qd
negant ēē sntā, sed cæremonias qasdam disciplinæ ecclesiasticæ. ꝗ
2do catholici ōes tenent admittendū ē characterē, qi in sntis baptismi, con-
-firmatiōis, et ordinis imprimitur, illumqe vocant signū qoddā spirituale et in-
-delebile in āā impressū, unde ea snta iterari ñ possunt; verū qantū in admit-
-tenda existentia illius characteris consentiunt, tantum in explicanda ejus natura
differunt. et in duas abeunt sententias, neqe ī plures exponi possunt.
1ma ē characterem ēē ens aliqod morale, id ē secundū æstimatiōē sotē et
concipiendi modū: quemadmodū consignatio ē intendo, dignitas regia in
rege, pastoris in pastore, doctoratus in doctore, sic sententiæ licet olim egregie
verbis tenent, qi characterē aiunt ēē ens rōis relatiōē sotis ad varia officia.
2da ē, characterē ēē ens qoddam accidentale absolutū, ad inhærens ipsā
animam, se ipso configurans, ab aliis distinguens. hoc sententia bellarmini
e, qi postqā alterā sententiā erroneā ēē et haereticā probare sibi visus ē
afferit patrē et conc. dicta, scilicet characterē ēē qoddā signaculū ad
similitudinem, ēē notā ovis, ēē characterē militis, et similia dicta innuere
qod characterē sit ens qoddā reale impressū ad ñ ē morale et rōis
tantum; unde concludit, characterē ēē qalitatē aliqā absolutā in āā. ab
his sententiis qæ dialecticā magis qā verā redolent theologiā, sic sequen-
-damus, propter temporis angustias, et agemus tantum de eo qod ē de fide
scilicet de solo characteris existentia.

Conclusio

Baptismus, Confirmatio et ordo imprimunt Caracterem, quo fit ut iterari nequeant. est de fide.

Primo ex conc: tridentin. sess: 7 c. 9... si quis dixerit in tribus sacramentis, baptismo scilicet confirmatione et ordine non imprimi caracterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale et indelebile unde ea iterari non possunt anathema sit. ergo etc.

Probatur ex pp: Cyrillus hierosolymitanus in praefatione catecheseon, praefatione et catechesi 4ta et 17... animas, ait, in baptismo obsignari. D. basilius homilia 13 quae est exhortatio ad baptismum, ait... deus sub se militantibus dat tesseras... quomodo vindicabit te angelus tibi, quomodo eripiet ex hostibus, si non agnoverit signaculum... quomodo dices dei sum, si signa dei non ostendas? S. augustinus l. 6 de baptismo c. 1 ait hoc foris baptizatum accipere dominicum caracterem et cum redeunt in ecclesia in eo caracterem dominicum agnosci non improbari. ergo etc.

Probatur ratione theologica. tria sacramenta quoddam iure ac merito dicuntur caracterem dare talem quo per eum distinguantur, qui ea recipiunt ab aliis, et per ea ad certa officia deputentur: ac per tria sacramenta id fit: per baptismum distinguitur christianus ab infideli, et evadit membrum ecclesiae et christi, habetque jus ad recipienda ecclesiae sacramenta: per confirmationem hoc fit in christo adultus, qui per baptismum [illegible] generatus, et ad [illegible] fidem profitendam paratus, per ordinem hoc constituitur idoneus ac deputatus ad functiones ecclesiasticas.

ergo per tria illa sacramenta imprimi caracter intelligitur. ergo etc.

Et sane tria illa sacramenta ex praxi ecclesiae et ex ipsius definitionibus iterari non possunt ac non alia de causa quam quia caracterem imprimunt. ergo etc.

Vera quidem est sacramenta iterari non posse quia imprimunt caracterem, et vice versa probari [illegible] imprimere caracterem, quia iterari non possunt. at non idcirco nascitur circulus vitiosus. quia duplex talis propositio diversimode probatur. prior propositio a posteriori, posterior a priori. quod sit probationes quarum una est a causa, altera ab effectu. ergo

Dices inutilis est caracter, nam si cui bono inserviret maxime ut sit nota quaedam fidelem distinguens ab infideli, ordinatum a non ordinato; atqui eiusmodi nota esset inutilis imo frustra cum sit invisibilis et imperceptibilis ideo deo cum eo non indigeat deus ad distinguendos fideles ab aliis. ergo

Respondeo N. A. quia tam utilis ac necessarius est ille caracter in suis fidelibus quam dignitas regia in rege, nota imperatoris in milite, domini in servo etc.

Ad probationem dico non esse caracterem quia est nota eiusmodi aliis inserviens dignoscere fidelem ab infideli: sed esse caracterem, quia est nota in ipsa distinguens fidelem ab infideli sive alii sciant per eam notam non caracterem, perinde est. alioquin haeretici ipsi fatentur saltem in baptismo aliquem imprimi caracterem distinctionem fidelis ab infideli. ergo etc.

Articulus 2dus

De Effectibus Smtorum veteris legis.

imo novatores existimant Smta veteris legis ñ minoris fuisse efficaciæ quam Smta novæ legis, utpote qũ ñ inserviunt nisi ad excitandã fidẽ.
2do contrariũ unc ore tenent catholici oẽs, scilẽt in eo qod spectat Smta novæ legis, in diversas tñ abeunt sententias circa Smta veteris legis, tum theologi tum SS.
pp.

Prima ẽ eorũ qorũ coriphæus Magister sententiarum, q̃i existimat Smta Mosaica nullã oĩo grãm sanctificantẽ contulisse. ita l:4 sententiarũ expresse asert ... ex operibus legis neminẽ iustificatum fuisse, etiamsi ex fide et charitate fierent.

2da ẽ paludani Durandi, q̃i ex adverso censent Smta Mosaica ñ tantum grãm contulisse ex fide et charitate, sed etiã ex opere operato; ... quodlibet sentor primario institutũ fuisse sed conferendã grãm ex pactione et ordinatiõe divina ac proinde ex opere operato

3tia ẽ S: bonaventuræ, q̃i asserit quidẽ Smta Mosaica grãm contulisse ex opere operato, ñ quidẽ primario quia nullã habebant causã qod pro ... ex fide in Xtum ... venturũ, cujus erant sigra protestativa. hanc opiniõẽ amplexus ẽ Estius ... § 28 et maxime comodã existimavit in conciliandis tũ variis scripturæ locis, tũ diversis ... sententiis

4ta denique ẽ D: Thomæ q̃i asserit vetera Smta nõ primario nec ... ex fide et charitate sanctificantis vel suscipientis grãm contulisse ... ordine sequuntur alii fere oẽs theologi.

3tio ut ò intelligantur variæ istæ theologorũ opiniões notandũ ẽ Smta veteris legis duplici sub respectu considerari põe. imo qatenus erant legi propria et ad ipsam ordinabantur. 2do qatenus erant conjuncta cum meritis Xti venturi, cujus fidei solemnes erant protestatiões et ob hoc causã habebant grãm promissiõẽ. hac sola facta distinctiõe fugiunt difficultates oẽs, evanescunt systematũ ambages, et optime conciliantur variæ scripturæ textus, et diversorum ... sententiæ.

Conclusio ima

Smta veteris legis quatenus propria legi, et ad ipsam ordinabantur non producebant gratiam Sanctificantẽ.

P: illud pro certo tenendũ ẽ qod docet scriptura, tradunt SS. pp: asserunt summi pontifices, suadet demũ ipsa rao: nẽ Smta veteris legis qatenus erant legi propria et ... docet scriptura et ...:

Et primo qidẽ Smta veteris legis qatenus propria legi et ad ipsam ordinabantur grãm ñ contulisse docet scriptura Joannis c:1 ... lex per Moysen data ẽ grã et veritas per Jesũ Xtum facta ẽ. ex hoc textu hæc duo evidenter sequuntur. imo Smta vetera propria legis erant cum Xti meritis ñ fuisse conjuncta: quia Xtus ad veterem legem ñ pertinebat, sed ad novam; legis ẽ veteris princeps et doctor erat Moyses, et inde vocatur mediator antiqæ legis;

xtus è novæ; et inde vocatur mediator novæ legis. 2do lex aterdit
per Moijsen data, gratia vero et veritas seu lex nova per xtum. ex quibus
duplex eruitur argumentum. 1mum Sacramenta quae conferre non possunt nisi quatenus con-
iunguntur cum meritis xti, merita enim xti sola sunt quasi fontes; at Sacramenta veteris
legis prout legis erant et ad ipsam ordinabantur coniuncta non erant cum
meritis xti. ergo gratiam non conferebant, sed significabant tantum; unde solam
munditiem carnis sive legalem efficiebant. 2do ibi antithesis institu-
itur inter legem veterem et novam quae est gratia et veritas. ergo ex stat
oppositio lex vetus nec gratiam nec veritatem habebat aut conferebat. ergo
habebat sola quasi umbram. q.e.d.
Et epistola ad hebreos 7: reprobatio quidem fit praecedentis mandati propter
infirmitatem eius et inutilitatem, nihil enim ad perfectum adduxit lex. 9: munera
et hostiae offeruntur quae non possunt iuxta conscientiam perfectum facere ser-
vientem solummodo in cibis et potibus et variis baptismatibus et iusti-
tiis carnis usque ad tempus correctionis impositis. 10: impossibile est enim sanguine
taurorum et hircorum auferri peccata, ideo ingrediens mundum dicit, hostias
et oblationes (legis) noluisti, corpus autem aptasti mihi: holocaustomata
pro peccato non tibi placuerunt tunc dixi ecce venio. 8: melius sortitus est
ministerium quanto et melioris testamenti mediator est quod in melioribus
repromissionibus sancitum est ... hic in locis praesertim in epistola ad hebreos
[illegible] instituit apostolus antithesim sacerdotium aaronicum inter
et xti; item inter legem veterem cum omnibus suis sacrificiis et sacris et legem
novam; ait legem veterem neminem potuisse perfectum et iustum facere
per sua sacrificia baptismata et Sacramenta, utpote quorum finis erat solummodo ad-
umbrare et praenuntiare futura bona legis novae, et iustitias carnis
conferre; e contra lex nova iustitiam tribuit, et conscientiam a peccato
emundat. q.e.d.
2do idem uno ore tradunt SS. Patres, Eusebius Emissenus hom. 5 hoc
homilia in haec verba faciamus hic tria tabernacula... 1mum, inquit,
tabernaculum est synagoga, 2dum ecclesia, 3tium caelum, primum in umbra
fuit et figura, 2dum in figura et veritate 3tium in sola veritate.
in primo quia ostenditur, in 2do invenitur, in 3tio possidetur; non est Sacramenta
ecclesiae sicut Sacramenta synagogae medicinam tantum docent et ostendunt,
sed ipsa potius sunt medicina et remissio peccatorum, quae verba clara sunt. q.e.d.
Et D. Chrysostomus oratione de baptismo ait... Iudaica expiatio nequaquam a pecca-
tis liberabat, sed a corporis sordibus tantum. q.e.d.
Idem quoque evincit sanctus pontifex Eugenius 4 in instructione ad armenos
ubi asserit... Sacramenta evangelica multum differre a Sacramentis antiquae legis:
haec non causasse gratiam, sed eam solum per passionem xti dandam figurasse,
illa vero et gratiam continere et conferre. q.e.d.
Idem denique suadet ipsa ratio: Sacramentum est quod non confert nisi quia [illegible]
[illegible] quasi promissionem; at Sacramenta veteris pro ut legis erant non habebant
annexam gratiae promissionem, sed tantum bonorum temporalium. q.e.

